

liberaret. Non stant ergo quæ diximus de Rhetorica.

3. Præterea homo in periculo mortis constitutus iure naturæ potest se ipsum quacumque via liberare. Debet ergo uti Rhetorica, & mentiri, & mendacia fucare.

4. Præterea sæpe accidit, populos esse tanim imperitos, vt non nisi falsis assertionibus suaderi queant. Sæpèque mendacium liberauit patriam à seditione, vt Romæ contigit. Et Medicus ægrotu suadet medicinam esse dulcem, cum sit amara: & iudicando sanat potius per Rhetoricam quam per Medicinam; quam absque Rhetorico præcēdio non suadisset.

5. Item Varro utiliter à Senatoribus suasum esse populis, quod Romulus inter Deos viueret, quo ciuius leges seruarentur, Philosopheratur. Multaque vi Rhetorica pro legibus statuendis fixit mendacia Minos, & N. Pompius, Zamolxis, & Mahomettus: Ergo, &c.

6. Item si Rhetorica suadet bonum: mendacia autem vtilia sunt in memoratis negotiis: ergo Rhetor illis potest vti, & ex arte: quod & Quintilianus, & Cic. & Aristot. docent.

Respondeo ad primum, quod Socrates insecatetur artem mentiendi, & laudandi scelestos, & liberandi impios, tanquam nomine artis, non re, præpollentem. Eandem Rhetoriam Apostolica doctrina damnat: quoniam re verrà ars non est, vt Chrysost. probat. Et Plato docet, Socratem per meretricē laudare homines indignos, & quoscumque: non autem virtuosos & virtutes; virtuāque insecatari: & leges suadere; Cum hoc munus in Ciuiili imperatoribus assignarit; & alibi Legislatoribus: Vult etiam Socrates, ne quis se defendat in Iudicio, nisi per simplicem negationem, aut assertionem, confirmatam veris testibus & factis, & rationibus, sicuti ipse fecit. Quod si contingat oratorum versutia condemnari, expectandum esse à Deo præcēdium, monet: quod & Martyres Christi fecerunt; & ipse Dominus Iesus: & re vera hoc abundantis est probitatis. Licet tamen cuique sese defendere cum moderatione inculpatæ tutelæ, de quo alibi.